

Sept.

2.

\* secto in usura c.

\* f. 10!

baptizari c.

alia manu corr. in Antheros c.

n. finem p[er] ip[s]um sedit unus s.

\* f. 11.

14. Eleuther sedit a. 15 m. 6 d. 5. Hic accepit epistolam a Lucio Britannia rege ut \* christianus efficeretur suo precepto. Hic constituit ut nulla esca a christianis repudiaretur.

15. Victor sedit a. 10 m. 2 d. 10. Hic constituit ut pascha die dominico celebraretur & fecit sequentes clericos & iussit baptizari gentilis homo urgente necessitate sive in flumine sive in mari sive in fontibus.

16. Zepherinus sedit a. 16 m. 2 d. 10. Hic constituit ut clerici & levite atque sacerdotes coram omnibus ordinarentur & ut patene vitree ante sacerdotes & ministros portarentur.

17. Calixtus sedit a. 5 m. 2 d. 10. Hic constituit ieiunium quattuor temporum fieri per singulos annos.

18. Urbanus sedit a. 8 m. 11 d. 12. Hic suis monitis multos convertit ad fidei credulitatem.

19. Antheros sedit a. 12 m. 1 d. 12. Hic gesta martirum a notariis diligenter exquisivit & in ecclesia recondidit.

20. Pontianus s. a. 9 m. 5 d. 2. Hic in exilium missus fuit ab Alexandro in Sardinie insula.

21. Fabianus s. a. 14 m. 1 d. 10. Hic divisit regiones diaconibus & fecit 7 subdiaconos qui praesent 7 notariis ut gesta martyrum in integram colligerentur.

22. Cornelius s. a. 3 m. 2 d. 3. Hic rogatu Lucinae matrone \* levavit noctu corpora apostolorum Petri & Pauli de catacumbis.

23. Lucius s. a. 3 m. 3 d. 3. Hic constituit ut duo presbyteri & 3 diaconi non desererent episcopum in omni loco propter ecclesiasticum testimonium.

24. Stephanus s. a. 4 m. 2 d. 15. Hic constituit ut sacerdotes & levite sacris vestibus non uterentur in usu cotidiano nisi in ecclesia.

25. Xistus s. a. 2 m. 11 d. 6. Hic tempore Valeriani & Decii martyris coronatus est.

26. Dionisius s. a. 2 m. 3 d. 7. Hic presbyteris ecclesias dedit & cimiteria & parrochias constituit.

27. Felix s. a. 4 m. 3 d. 25. Hic constituit ut super memoriam martyrum misse celebrarentur.

28. Euticianus s. a. 8 m. 10 d. 4. Hic constituit ut super altare fructum p[er] fave & ave tantum benedicerent.

29. Gaius s. a. 11 m. 4 d. 15. Hic constituit 7 ecclesiasticos ordines.